

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

EPISTOLA COCILII MILEVITANI AD INNOCENTVM PAPAM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

non adiuuante vincamur. Sed possem plura dicere nisi vos constaret cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur esse sententie qua dicat adiutorio nobis non opus esse diuino inimicum se catholice fidei & dei beneficio profiteretur ingratum. Nam nec nostra comunione sunt digni quam predicando taliter polluerunt. Sic enim sua sponte dum sequuntur illa que dicuntur longius a vera religione fugerunt. Cum enim hoc totum in nostra professione consistat, cotidianisq; precibus nihil agamus, nisi quemadmodum dei misericordiam consequamur quemadmodum ferte possumus, ista iactantes. Quis rogo tantus illorum pectora error obsecat, ut si ipsi nullam dei gratiam sentiunt quia nec digni sunt nec merentur, nec de aliis considerant, quid cotidie singulis gratia diuina largiatur. Sunt quidem isti omnes cecitate dignissimi, qui nec hoc sibi reliquerunt, ut se auxilio credant euocari ab erroribus posse diuino. Negantes enim dei adiutorium non aliis, sed sibi hoc penitus abstulerunt, qui euellendi sunt longius & ab ecclesie procul remouendi visceribus, ne diutius multa occupans insanabilis post error increseat. Si enim diu fuerint sub hac impunitate seruati, necesse est multas in hac sua prauitate mentes inducant, decipiantq; innocentes vel potius imprudentes qui si eadem catholicam non sequuntur, putabant enim eos recte sentire quos adhuc vident in ecclesia perdurare. Separetur ergo a sano corpore vulnus insanum, remotoque morbi seuiantis afflatu cautius que sunt sincera perdurent, & grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur. Sic totius corporis illibata perfectio qua vos sequi & tenere hac in illos pronuntiatione cognouimus & vna vobiscum pari assentione seruamus, Cui si tamen aliquando in se dei adiutorium quod huc usque negauerunt prouocauerint, & opus eius sibi auxilio esse cognouerint, ut de hac labe in qua sui cordis incuruatione cor tuerant liberentur, & quasi in lucem de feda tracti caligine remotis abdicatisque omnibus quibus totus ne verum aspiceret sedabatur & caligabat aspectus damnetur hec que huc usque senserunt, & aliquid quando animum rectis disputationibus commodantes ab hac aliquantulum labe correctiveris se sanandos consiliis tribuant atque submittant. Quod si fecerint erit in potestate pontificum istis aliquatenus subuenire, & talibus aliquam curam prestare vulneribus, quam solet lapsis cum resipuerint & ecclesia non negare, ut a suis precipitiis intra ouile domini redigantur, ne foras presenti & tanto presidio a fide minutionis exclusi periculis omnibus exponantur deuorandi luporum dentibus atque vexandi, quibus obistere hac qua illos in se irritauerant doctrine peruersitate non possunt. Sed talis vestris monitis & sic satis habundantibus nostre legis exemplis probatur esse responsum, nec quicquam superesse dicimus quod dicamus, cum nichil pretermisum a vobis, nichil constet esse suppressum quo illi refutati & penitus cognoscantur esse conuicti. Ideo a nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio est, & satis constat, ut doctissimos sacerdotes cuncta dixisse, nec decet credere vos aliquid quod ad causam possit sufficere preterisse. Et alia manu. Bene valete fratres.

✠ EPISTOLA COCILII MI LEVITANI AD INNOCENTIVM PAPAM.



OMINO BEATISSIMO MERITOQUE VENERABILI ET
in christo venerando pape Innocentio Siluanus senex, Valentinus, aurelius, Do-
natus, restitutus, Lucianus, Alippius Augustinus, placentius, Seuerus, Fortuna-
tus, possidius, Nouatus, secundus, Maureti⁹, Leo, Faustianus, Cresconius, Lu-
cius, honorius, Adeodatus, processus, secundus, Felix asiaticus, Rufinus, Faustis-
nus, malchus, Lictorius, Fortunatus, Donatus, Pontianus, Saturnius, Cresco-
nius, Lucius honorius, Seruius, Therentius Cresconius, Sperantius, Quadra-
tus, Lucillus, fabinus, Item fabinus, Cresconius, victor, Honoratus, donat⁹, Petrus, presidi⁹, Cresconi⁹,
lampadius, Delphinus ex concilio mileuitano in domino salutem. Quia te dominus gratie sue pre-
cipuo munere in sede apostolica collocauit talemque nostris temporibus prestitit, ut nobis potius ad
culpam negligentie valeat si apud tuam venerationem que pro ecclesia sunt suggerenda tacuerim⁹, quam ea
tu possis vel fastidiosè vel negligenter accipere magnis periculis infirmorum membrorum christi pastorem

A

diligentiam quesumus adhibere digneris. Noua quippe heresis & nimium perniciofa tentat assurgere inimicorum gratie christi, qui nobis dominicam etiam orationem impiis disputationibus conantur auferre. Cum enim dominus docuerit, dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Isti dicunt posse hominem in hac vita preceptis dei cognitis ad tantam perfectionem iustitie sine adiutorio gratie saluatoris per solum libere voluntatis arbitrium peruenire, ut etiam non sit necessarium dicere dimitte nobis debita nostra. Illud vero quod sequitur, ne nos inferas in tentationem, non ita intelligendum tanquam diuinum adiutorium poscere debeamus ne in peccatum tentati decidamus, sed hoc in nostra positum esse potestate, & ad hoc implendum solum sufficere hominis voluntatem, tanquam frustra Apostolus dixerit, non volentis neque currentis, sed miserentis est dei, & fidelis deus qui vos non permittit tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere, frustra enim dominus dixerit apostolo Petro, rogavi pro te ne deficiat fides tua, & omnibus suis, Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Si hoc totum est potestatis humane, pueros quosque paruulos si nullis imbuantur christiane gratie sacramentis habituros vitam eternam nequaquam christiana presumptione contendunt euacuantes quod dicit Apostolus. Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt. Et alio loco, Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in christo omnes viuificabuntur. Vt ergo alia omittamus que contra scripturas sanctas plurima differunt, hec interim duo quibus omnino totum quod christiani sumus conantur euertere, que fidelia corda sustineant, non esse rogandum deum, ut contra peccati malum atque ad operandam iusticiam sit noster adiutor, & non opitulari paruulis ad consequendam vitam eternam christiane gratie sacramentum. Hec insinuantes apostolico pectori tuo non habemus opus multa dicere, & tantam impietatem exaggerare, cum procul dubio te ista permoueat, ut ab eis corrigendis ne latius serpat multoque contaminet, vel potius interimat, dum sub nomine christi a gratia christi penitus alienant omnino dissimulare non possis. Huius autem perniciosissimi erroris auctores esse perhibentur pelagi, & celestius quos quidem in ecclesia sanari maluimus quam desperata salute ab ecclesia rescari, si necessitas ulla compellat. Quorum unus id est celestius etiam ad presbyterium in alia peruenisse dicitur, de quo ante paucos annos quid gestum fuerit sanctitas tua de carthagenensi ecclesia melius instruitur. Pelagius vero sicut a quibusdam fratribus nostris misse loquuntur epistole hierosolymis constitutus nonnullos fallere asseritur, veruntamen multo plures qui eius sensus diligentius indagare potuerunt, aduersus eum pro christi gratia, & catholice fidei veritate confligunt, sed precipue sanctus filius tuus frater & copresbyter noster hieronymus. Sed arbitramur adiuuante misericordia domini dei nostri iesu christi que te regere consulentem & orantem exaudire dignatur, auctoritati sanctitatis tue declaro scripturarum lumine depröpte facilius eos qui tam peruersa & tam perniciofa sentiunt esse cessuros, ut de correctione potius eorum gratulemur quam contristemur interitum domine beatissime. Quamlibet autem ipsi eligant, certe vel alios plurimos quos possunt si ab eis dissimuletur suis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua instanter & celeriter prouidendum. Hec ad sanctitatem tuam de concilio Numidie scripta direximus imitantes carthagenensem ecclesiam & Carthagenensis prouincie coepiscopos nostros quos ad sedem apostolicam quam beatus illustras de hac causa scripsisse comperimus. Et alia manu, Meor nostri in domini gratia augearis domine beatissime merito venerabilis & in christo honorande sanctissime papa.

PRESCRIPTVM INNOCENTII PAPE AD MILEVITANVM CONCILIVM.

A



INNOCENTIVS SILVANO SENI VALENTINO ET CETERIS qui in mileuitana Synodo interfuerunt dilectissimis fratribus in domino salutem. Inter ceteras ecclesie Romane curas & apostolice sedis occupationes quibus diuersorum consulta fidei ac modica disceptatione tractamus, frater & coepiscopus noster Iulius dilectionis vestre litteras quas ex mileuitano nostra auctoritate concilio cura fidei propensiore misistis mihi inopinanter ingessit, Carthagenensis etiam synodi que releparili scripta subiungens. Nimirum exultat ecclesia tantam sollicitudinem commissis gregibus exhibere pastores, ut non solum neminem ex his patiantur errare, sed si quas magis cuius siue delectationes herba seduxit, ac sic in errore permanerint, aut segregari penitus velint, aut illicite petita vitantes dudum custodie pristina circumspectione tutari, in utraque parte videlicet consulentes, ne vel suscipiendo tales simili cetera ducantur exemplo, vel spernendo redeuntis luporum moribus videantur

ingeste. Prudens ad modum & catholice fidei plena consultationis voluntas. Quis enim aut tolerare possit erratē, aut non recipere corrigentem? Nam ut durū arbitror cōnuētā prebere peccantibus ita impiū iudico manū negare cōuertis. Diligenter ergo & congrue apostolice consultis honoris archana. Honoris inquam illius quē preter illalunt extrinsecus sollicitudo manet omnium ecclesiarū super anxiis rebus que sit tenenda sententia. Antiquē scilicet regule formam secuti quam toto semper ab orbe mecum nōstis esse seruata, verum hec missa facio. Neque enī hec vestra credo latere prudentiam qui id etiam actione firmastis, nisi scientes quod per oēs pūntias de apostolico fonte petentibus respōsa semper emanent, presertim quociens fidei ratio mutilatur, arbitror omnes fratres & cōepiscopos nostros nō nisi ad Petrum id est sui nominis & honoris auctore referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio quod per totum mundum possit ecclesiis omnibus in commune prodesse. Fiant enim necesse est cautiore, cum inuētores malorum ad duplicis relationem synodi sententię nostre statutis viderint ab ecclesiastica communione seiunctos. Geminio igitur bono charitas vestra fungetur, nam & canonum potiemini gratia seruatorū, & beneficio vestro tot⁹ orbis tutabitur. Quis enim catholicorum cum aduersariis xpī velit ulterius miscere sermonem? Quis saltem ipsa vite lucem communione p̄tiri noue hereleos nimirū fugiatur auctores? Quid enī acerbius in dominum fingere poterūt quam cum adiutoria diuina cassarent causamque cotidiane precatōis auferrent? Hoc est dicere. Cur mihi opus deos merito in hos Dauid hymnum dicit. Ecce homines qui non posuerunt deū adiutorem sibi. Negantes ergo auxilium dei iniquiunt hominem sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus necesse est, diaboli laqueis irretitis occumbat, dum ad omnia vite perficienda mandata sola tantummodo liberate cōtendat, O prauissimarū mentium peruersa doctrina, aduertat id tandem quod primum hominem ita libertas ista decepit, ut dum indulgentius frenis utitur eius in preuaricationis presumptione concideret, Neque ex hac potuit erui, nisi prouidentia regenerationis statum pristine libertatis christi domini reformasset aduentus, audiat Dauid dicentem. Adiutorium nostrum in nomine domini. Et adiutor meus es tu, ne derelinquas me, neque despicias me deus salutaris meus. Que in cassum dixerit si tantū in eius erat positum voluntate, quod a domino flebili sermone poscebat. Que cum ita sint, cumque in omnibus diuinis paginis voluntati libere nō nisi adiutorium dei legamus esse nectendū, eamque nihil posse celestibus presidis destitutam, quoniam nammodo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter (ut asseritis) defendentes sibi met, immo quod est dignius dolore communi, Nam plurimis pelagus celestiusque persuadent multifariis equidem ad instruendum tale magisterium uti possemus exemplis, nisi sciremus & sanctitatem vestram ad plenum scripturas omnes scire, intelligere, callere diuinas presertim, cum vestra relatio tantis ac talibus testimoniis sit referta, ut his solis valeat presens dogma rescindi, opusque non esse recognitis, cum his que facile vobis occurrentia posuistis, nec audeant cūiāre nec possint, Ergo dei grām conantur auferre, quā necesse est erga institutā stat⁹ pristini libertatē queram⁹, quippe nec alias diaboli machinas nisi eadē possum⁹ iuuare vitare, illud vero quod eos vestra fraternitas asserit p̄dicare paruulos eterne vite p̄miis absque baptismatis grā posse donari p̄fatuū est. Nisi ent māducauerint carnē filii hoīs & biberint sanguinē ei⁹ nō habebūt vitā in semetipsis, Qui autē hāc in eis sine regnatiōe defendūt, vident mihi ipm baptismū velle cassare, cū p̄dicāt hos id grē habere quod i eis credūt nō nisi baptismo cōferendū. Si ergo nihil volūt officere nō renasci, fateant⁹ necesse est nec regnationis sacra fluēta p̄desse, Verū ut supflorū hoīm praua doctrina celeriter veritatis possit rōne distingui proclamat dñs in euāgelio dicens, Sinite infantes & nolite eos phibere venire ad me, taliū est enī regnū celorū, Quare pelagiū celestiumque id est inuētores vocum nouarū que sicut dixit apostolus edificationis nichilum, sed magis vanissimas cōsuerūt parare questionēs ecclesiastica cōmunionē priuari apostolici vigoris auctoritate censent⁹, donec resipiscant a diaboli laqueis a quo captiui tenētur secūdū ipsi⁹ volūtātē, eosque interim dñico ouili nō recipi quo ad ipsi puerse vie secuti tramitem deserere voluerint, Abscindēdi sunt enim qui vos conturbant & volūt euāgelii christi p̄dere, Simul autem precipimus ut quicumque ad id pertinentia similiter defendere nituntur, & par eos vindicta constringat, Non solum enim qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus digni sunt morte, quia non multum interesse arbitror inter cōmittētis animū & cōsentiētis fauorē. Addo & ampli⁹ plerūque dediscit errare cui nemo cōstitit. Hec igit⁹ tres carissimi i supradicta maneat fixa līnia, absint attris dñi careāt dumtaxat custodia pastoralī, ne duarum ouīū dira cōtagia serpent forsitan per vulgus incautū, rapaci⁹ lūpus corde letetur intra ouile dñi, cū p̄ tantas ouīū fūlas cateruas, dū a custodibus dissimulatur, habetur vuln⁹ duarū, p̄spiciendū est ergo ne permittendo lūpum mercennariū magis quam pastores videamur esse. Iubemus sane quia

christus dominus noster propria voce signauit nolle se mortem morientis tantum, sed reuertatur & uiuat ut si vnquam ad sanum de proposito prauo dogmatis errore resipuerint damnauerint, que ea quorum se ipsos preuaricatione damnauerunt, eis medicinam solitam id est receptaculum suum ab ecclesia non negari, ne dum eos redeuntis forsitan prohibemus vere extra ouile remanentes & expectantes hostis rapidi faucibus glutiantur, quas in semetipsos spiculis male disputationis armarunt. Bene valete fratres. Data sexto Kalendas Februarii Honorio & Constantio consulibus.

ITEM EPISTOLA FAMILIARIS QVINQVE EPISCOPORVM AD SVPRADICTVM PAPAM.

A



OMINO BEATISSIMO MERITOQVE HORATISSIMO fratri Innocentio pape, Aurelius, Alipius, Augustinus, Enodius, & possidius, In domino salutem, De conciliis duobus prouincie carthaginensis atque numidie ad tuam sanctitatem a non paruo episcoporum numero subscriptas litteras misimus, contra inimicos gratie christi qui confidunt in virtute sua, & creatori nostro quodam modo dicunt, tu nos creasti homines, iustos autem ipsi nos fecimus, qui naturam humanam ideo dicunt liberam ne querant liberatorem, ideo saluam ut iudicent superfluum saluatorem. Tantum enim dicunt valentem ut suis viribus semel in origine sue creationis acceptis possint per liberum arbitrium nichil ulterius adiuuante illius gratia qui creauit domare & extinguere oēs cupiditates tentationesque superare. Multi eorum insurgunt aduersum nos & dicunt anime nostre, non est salus illi in deo eius. Familia christi que dicit quando infirmior tunc fortis sum, & cui dicit dominus eius, salus tua ego sum suspenso corde cum timore & tremore adiutorium dei etiam per charitatem tue venerationis expectat. Audiuius enim esse in urbe Roma ubi ille diu vixit nonnullos qui diuersis causis ei faueant. Quidam scilicet qui nobis talia persuasisse perhibentur, plures vero qui eum talia sentire non credunt, presertim quia in oriente ubi degit gesta ecclesiastica facta esse credendum est, nisi quibus putatur esse purgatus, ubi quidam si episcopi eum catholicum pronunciarunt non ob aliud factum esse credendum est, nisi quia dixit se dei gratiam confiteri, & ait posse hominem suo labore ac voluntate iuste viuere, ut ad hoc adiuuari dei gratia non negaret. His enim auditis verbis catholici antistites nullam aliam dei gratiam intelligere poterunt, nisi quam in libris dei legere & populis dei predicare consueverunt, eam utique de qua dicit Apostolus. Non irrita facio gratiam dei. Nam si per legem iusticia, ergo christus gratis mortuus est. Sine dubio gratiam qua iustificamur ab iniquitate & qua saluamur ab infirmitate, non qua creati sumus cum propria voluntate. Nam si intellexissent illi eam episcopi illum dicere gratiam quam etiam cum impiis habemus cum quibus homines sumus, negari vero eam qua christiani & filii dei sumus, quis eum patienter catholicorum sacerdotum non dicimus audiret, sed ante oculos suos ferret. Quapropter non culpandi sunt iudices qui ecclesiastica consuetudine gratie nomen audierunt, ne scientes quid huiusmodi homines vel sue doctrine libris, vel suorum solent auribus spargere. Non agitur devno perlagio quia fortasse correctus est (quod utinam ita sit) sed de tam multis quibus loquaciter contendunt & infirmas atque ineruditas animas velut coniunctas trahentibus, firmas autem & infide stabiles ipsa contentione fatigantibus usque quaque iam plena sunt omnia. Aut ergo a tua veneratione accersendus est Romam & diligenter interrogandus quam dicat gratiam, quam fateatur, si tamen iam factetur non ad peccandum, sed iuste viuendum homines adiuuari, aut hoc ipsum cum eo per litteras agendum. Et cum inuentus fuerit hanc dicere quam docet ecclesiastica & apostolica veritas, tunc sine ullo scrupulo ecclesie & sine latibulo ambiguitatis vilius absoluendus est, tunc est re vera de eius purgatione gaudendum. Siue enim dixerit gratiam esse liberum arbitrium, siue gratiam esse remissionem peccatorum, siue gratiam esse legis preceptum, nichil eorum dicit quod per ministracionem spiritus sancti pertinet ad concupiscentiam tentationesque vincendas quem ditissime effudit super nos, qui ascendit in celum & captiuauit captiuitatem dedit que dona hominibus, hic enim oramus ut peccatorum tentationem superare possimus, ut spiritus dei (unde pignus) accepimus, adiuuet infirmitatem nostram. Qui autem orat & dicit ne nos inferas in tentationem, non utique id orat ut homo sit quod est natus, neque orat id quod habeat liberum arbitrium, quid iam accepit cum crearetur ipsa natura, neque orat remissionem peccatorum quia hoc superius dicitur, dimitte nobis debita nostra, neque orat